Quibus nunc hæc addere possumus postquam ostendit discipulis suis: quod oportet eum in Hierosolymis multa pati a sacerdotibus & scribis: & principibus sacerdotum: & occidi assumens eum Petrus cepit increpare & dicere: absit a te domine: non erit tibi hoc: qui conuersus dicit Petro: uade post me sathana: scandalum es mihi: quia non sapias quæ dei sunt: sed quæ hominum. Humano quippe timore perterritus passionem domini formidabat: & quomodo audiens multa pati: & occidi timebat. Sic audiens tertia die resurget: gaudere debuerat: & tristitiam passionis: re resurrectionis gloria mitigare. Unde illo pro timore correpto: loquebatur ad omnes discipulos: siue conuocauit turbam cum discipulis suis: ut Marcus posuit: aut iuxta Lucam dicebat ad cunctos: si quis uult post me uenire abneget semetipsum: & tollat crucem suam: & sequatur me. Cuius exhortationis hic sensus est. Non est delicata in deum: sed secura confessio. Qui in me credit debet suum sanguinem fundere. Qui enim perdidit animam suam in præsentibus: lucrificet eam in futuro. Quotidie credens in Christum tollit crucem suam: & negat seipsum. Qui impudicus fuerit uersus ad castitatem temperantiam luxuriam negat. Qui formidolosus: & timidus assumpto robore fortitudinis: prior se esse nescit. Iniquus si sequatur iusticiam: negat iniquitatem. Stultus si Christum confiteatur: dei uirtutem: dei sapientiam: negat stultitiam. Quod scientes non solum persecutionis tempore: & necessitate martyrii: sed in omni conuersatione: opere: cogitatione: sermone: negemus nosmetipsos: quod ante fuimus: & confiteamur eos qui in Christo renati sumus. Idcirco enim dominus crucifixus est: ut & nos qui credimus in eum: & peccato mortui fuimus crucifigamur cum ipso. Dicamusque quod apostolus Paulus docuit. Cum Christo crucifixus sum. Et mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. Qui cum Christo crucifixus est: spoliatur principatus & potestates & triumphat eas in ligno. Unde & in euangelio secundum Iohannem: in typum eorum: qui in domino credituri erant: & se cum illo crucifixuri: Simon Cyrenæus portat crucem eius: quam iuxta alios euangelistas prior ipse portauit.

Quid uult significare quod in eodem Matthæo scriptum est: ue prægnantibus & nutriendibus in illis diebus: & orate ne fiat fuga uestra hyeme uel sabbato: quod ex superioribus pendere manifestum est. .LXXXVII.

Cum enim euangelium Christi cunctis gentibus fuerit prædicatum: & uenerit consummatio: uiderintque abominationem desolationis quæ dicta est a Daniele propheta: stante in loco sancto. Tunc præcipitur iis qui in iudæa sunt: ut fugiant ad montes: & qui in tecto: non descendant tollere aliquid de domo sua: & qui in agro ne reuertantur auferre tunicam suam: de quibus in commentariis eiusdem Matthæi plenius diximus. Statimque coniungitur: Ve prægnantibus & nutriendibus in illis diebus. In quibus diebus? Quando abominatio desolationis steterit in loco sancto. Quod quidem iuxta litteram de aduentu Antichristi prædicari nulli dubium est: Quando persecutionis magnitudo compellit fugere: & graues uteri: paruulique lactentes: fugam retardant. Licet quidam Titi & Vespasiani aduersus Iudæos: & præcipue Hierosolymam obsidionem pugnantem significari uelint: hyemem quoque & sabbatum sic interpretantur: ne eo tempore fugere compellantur: quando duritia frigus in agris: & in desertis locis fugientes latere non patitur: & obseruatio sabbati: aut præuaricatores facit: si fugiant: aut hostium gladiis subiacere: si sabbati otium & præcepta seruauerint. Nos autem audientes dominum saluatorem: ut qui in iudæa sunt: ad montana confugiant: Ipsi quoque oculos leuamus ad montes: de quibus scriptum est. Leuauit oculos meos ad montes: unde ueniet auxilium mihi: & in alio loco. Fundamenta eius in montibus sanctis: & montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi sui: & non potest abscondi ciuitas supra montem posita: & discalciamus nos pelle litterarum: nudisque pedibus cum Moyse ascendentes montem syna dicimus. Transiens uidebo uisionem hanc magnam: ut possimus intelligere prægnantes animas: quæ de semine doctrinarum: & sermonis dei initia fidei conceperunt: & dicunt cum Esaiam. A timore tuo domine concepimus: & parturimus: & peperimus spiritum salutis tuæ: quem fecisti super terram. Sicut enim semina paulatim formantur in utero: & tam diu non reputatur homo: donec elementa confusa suas imagines membraque suscipiant: ita sensus ratione conceptus nisi in opera proruperit: adhuc uentre retinetur: & cito abortio perit cum uiderit abominationem desolationis stantem in ecclesia: & Sathanam transfigurari in angelum lucis. Et de istiusmodi Paulus apostolus loquitur dicens. Filioli mei quos iterum parturio: donec Christus formetur in uobis. Has ego reor iuxta mysticos intellectus esse mulieres: de quibus idem apostolus scribit: Mulier seducta in transgressione facta est: saluabitur autem per filiorum generationem: si permanferit in fide & charitate & sanctitate cum pudicitia. Quæ si de sermone diuino aliquando generatitine cesse est quæ generata sunt crescere: & primum accipere lac infantie: donec perueniant ad solidum cibum & ad maturam aetatem plenitudinis Christi. Omnis enim qui lacte alitur: speritus est in ratione iusticiæ. Paruulus enim est. Hæc igitur animæ quæ necdum pepererunt: siue quæ necdum potuerunt quæ generata sunt alere: cum uiderint sermonem hæreticum stantem in ecclesia: cito scandalizant & pereunt: & in tempestate atque persecutionibus permanere non possunt: præsertim si otium habuerint bonorum operum: & non ambulauerint in uia: quæ Christus est. De hac abominatione hæretica

heretica puer sa q doctrina dicebat apostolus: q ho iniquitatis & aduersarius eleuet se contra oē qd dicit deus & religio: ita ut audeat stare i tēplo dei: & ostēdere se q ipse sit deus: cuius aduētus secūdu opationē sathanæ & ea quæ cōcepta sūt: facit pire abortio: & q sūt nata ad pueritiā & pfectā atate puenire nō posse. Q uāobré orādus est domius: ne i exordio fidei & crescētis atatis oriat hys: de qua scriptū ē. Hyems transit: abiit sibi ne ocio torpeamus: sed iminēte naufragio suscitemus dormiētē dominū: atq; dicamus. Præceptor salua nos: pimus.

Quid sibi uelit quod scriptum est in euangelio secundum Lucam: & non receperunt eum: quoniam facies eius erat uadens in hierusalem. .LXXXVIII.

Estinans dominus p̄gere in hierusalē: ut cōplerent dies assūptiōis eius & pascha celebraret: de quo dixerat. Desiderio desiderauit hoc pascha comedere uobiscū: & bibere calicem: de quo ait. Calicem quē dedit mihi pater: non uis ut bibā illum. Omnēq; doctrinā suā paubulo roboraret: iuxta illud qd scriptū est. Cū exaltatus fuero a terra: oīa trahā ad me. Offirmauit faciem suā: ut iret in hierusalem. Offirmatione enim & fortitudine opus est ad passionē sponte p̄peranti. Vnde & Ezechieli cui dixerat deus: Fili hoīs in medio scorpionū tu habitas: & ne timeas eos: offirmaui inquit faciē tuā: & dedi faciē tuā arēā: & frontē tuā ferreā: ut si forsitan surrexisset contra eū malleus uniuerse terræ: quasi incude durissima resisteret: malleūq; contereret: de quo scriptum est. Quomō contractus est: & contritus est malleus uniuersæ terræ: & misit nuncios. i. angelos ante faciem suā: iustū. n. erat: ut dei filio angeli ministrarent. Siue angelos apostolos uocat: quia & Ioannes præcursor domini angelus appellatus est. Cūq; ingressi essent uicū Samaritæ: ut præpararent ei: nō susceperunt illū: quia facies eius erat uadens in hierusalē. Hostili inter se Samaritani atq; Iudæi discordant odio: & cū oēs oderint gētes: p̄prio cōtra se furore bacchant. Dū utriq; legis possēsiōe cōtēdūt: & in tā u se mutuo psequūtur: ut postq iudæi de babilonia sūt reuersi: ædificationē tēpli samaritani semp̄ impedierunt. Cūq; uellent & ipsi cū eis ædificare templū: respōderūt iudæi: Nō licet nobis & uobis ædificare domū domini. Deniq; pro sūma iniuria pharisæi exprobrāt domino. Nōne dæmoniū habes: & samaritanus es: & in parabola de hierusalē descendentis hiericū samaritanus ponitur pro signo atq; miraculo: q; malus benefecit & ad puteū samaritanæ scriptum est. Non. n. contuntur samaritani iudæis. Vidētes autē samaritani dominū hierusalē p̄gere. i. ad hostes suos: qd audierant a discipulis eius: qui ad parandum hospitiū uenerant iudæū esse cognoscunt: & quasi iudæū atq; alienum & cū qui ad inimicos pergeret susciperet pergere noluerunt. q̄q; & alia nobis subiiciatur intelligentia: q; uoluntatis domini fuerit: non suscipi a samaritanis: quia festinabat hierusalem: ibiq; pati & sanguinē fundere: ne occupatus susceptione samaritana: & doctrina gentis illius: passiois differret diem: ad quam uenerat susstinendam. Vnde dicit & in alio loco. Non ueni nisi ad oues perditas domus israel: & apostolus præcepit. Cui tates samaritanorū non intraueritis. uolens tollere oēm occasionem persecutionis iudaicæ: ne postea dicerent: crucifiximus eum: quia se inimicis nostris & hostibus iunxerat. Facies igitur eius erat pergentis in hierusalem. Et iccirco iuxta aliam intelligentiā non receperunt eum Samaritæ: quia festinabat ingredi hierusalem. Vt autem eum non receperent fuit dominicæ uoluntatis. Deniq; apostoli in lege uersati: in qua tantum iusticiam nouerant: oculos pro dente ulcisci nituntur iniuriam: & imitari Heliam: ad cuius uocem duas p̄tecontadas multum ignis absumpserat. Dicūtq; dominum: uis dicimus ut ignis descendat de cælo: & consummat eos. Pulchre uis inquit dicimus. Nam & Helias dixerat. Si hō dei sum: ignis descendat super uos: Ergo ut apostolus sermo efficiantiam habeat: uoluntatis est domini. Nisi enim ille iusserit: frustra dicunt apostoli ut ignis descendat super eos: & quodā modo uerbis aliis hoc loquunt. Si ad serui Helix iniuriam ignis descendit de cælo: & non Samaritas: sed iudæos consumpsit incendium: q̄to magis ad contemptum filii dei impios Samaritas debet flāma scuire: E regiōe dominus qui non ad iudicandū uenerat: sed ad saluandū: nō in potestate sed in humilitate: non in patris gloria: sed in hoīs uilitate: increpat eos: q; non meminerint doctrinæ suæ: & bonitatis euāgelicæ: in qua dixerat: qui te pcusserit in maxilla: præbe ei & alterā: & diligite inimicos uestros.

Quis sit uillicus iniquitatis qui domini uoce laudatus est. .LXXXIX.

Lterā de euangelio Lucæ q̄stiunculam proposuisti. Q uis sit uillicus iniquitatis: qui domini uoce laudatus est. Cuius cū uellem scire rōnē: & de quo fonte processerit: reuolui uolumen euangelicum & inter cætera repperi: q; appropinquātibns saluatori publicanis: & peccatoribus ut audirent eum: murmurabat Pharisæi & scribæ dicētes. Q uare iste pctōres suscipit: & comedit cū eis: Q uis locutus est eis parabola centum ouiu: & unius pditæ: quæ inuenta pastoris humeris reportata est. Et cur esset proposita: statim intulit. Dico uobis sic erit gaudiū in cælo sup uno pctōre p̄nitentiā agente: magis q̄ sup nonagintanouem iustis qui nō indigent p̄nitentiā. Aliam quoq; parabolam decē dragmarū: uniusq; pditæ: & repertæ: cū p̄posuisset simili eam sine cōpleuit. Sic dico uobis: gaudiū erit coram angelis dei sup uno pctōre p̄nitentiā agente. Tertiā quoq; parabolam proposuit: hoīs habentis duos filios & diuidentis inter eos substantiam. Cūq; minor facultatibus perditis egere cœpisset: & comedere siliquas porcorū cibum: reuersus ad patrem susceptus ab eo est. Frater quoq; inuidens senior: patris uoce correptus est: q; letari debuerit: & gaudere: quia frater eius mortuus fuerat: & reuixit: perditus: & inuentus est. Has tres parabolas contra Pharisæos & Scribas locutus: qui nolebant recipere p̄nitentiā peccatorū: & publicanorū salutem. Dicebat autem inquit & ad discipulos suos: haud dubiū quin parabolam sicut prius ad Scribas: & Pharisæos: qua parabola ad clāmentiam discipulos hortaretur: & aliis diceret uerbis. Dimitte & dimittetur uobis: & in orōne dominica libera fronte poscatis. Dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nr̄is. Quæ est ergo parabola ac clāmentiam discipulos cohortantis: Nonne quidā e: at diues: qui habebat uillicū siue dispensatorē: Hoc enī οἰκονομῶς significat. Villicus autem

Pharisæi

proprie uillæ gubernator est: unde & a uilla uillicus nomē accepit: οἰκονομος autē tā pecuniæ q̄ frugū: & oī uī
quæ domus possidet dispēsator ē. unde & οἰκονομικὸς Xenophōtis pulcherrimus liber est: q̄ nō gubernatio-
nē uillæ: sed dispēsationē uniuersæ domus Tullio interpretate significat. Iste igit̄ dispēsator accusatus est ad do-
minū suū: q̄ dissiparet substantiā eius. Quo uocato dixit: qd hoc audio de re? Redde rōnē dispēsatiōis: neq̄ .n.
ultra mea poteris dispēsare: q̄ dixit i semetipso. Quid faciā q̄ dominus meus aufert a me dispēsationē: Fode-
re nō ualeo: mēdicare erubescō. Scio qd faciā: ut quādo sublata mihi fuerit dispēsatio: suscipiant me in domos
suas: Vocauit itaq̄ singulos debitores domini sui: & dixit priō: q̄tū debes domo meo: qui dixit ei cētum cados
olei: ait illi: tolle cautionē tuā: & sedēs cito: scribe quinquaginta. Deinde alio locutus est. Tu autē q̄tū debes? At ille
respōdit centū choros tritici: dixitq̄ illi: tolle cautionē tuā: & scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicū siue
dispēsatorē iniquitatis: q̄ prudēter fecerit: q̄ filii sæculi huius prudētiores sūt filii lucis in generatiōe sua. Et ego
dico uobis: facite uobis amicos de iniquo mammona: ut quādo defeceritis: recipiant uos in æterna tabernacula
Qui fidelis est in paruo: & in multis fidelis est: qui in mīmo iniquus est: & in multis iniquus est. Si ergo in ini-
quo māmōna fideles non fuistis: quod uestrum est: quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis: quod ue-
strum est: quis dabit uobis? Nemo seruus duobus dominis seruiet: aut enim unū habebit odio: & alterum dili-
get: aut unum audiet: & alterum contemnet. Non potestis deo seruire & mammonæ. Audiebāt hæc omnia pha-
risæi qui erant auari: & subsannabant illum. Totum parabolæ huius textum posui: ut non nobis intelligentiam
aliunde q̄ramus: & in parabola certas nitamur inuenire psonas: sed interpretemur eā q̄si parabolā: hoc est simi-
litudinē: quæ ab eo uocat̄ qd alteri παρὰ πῶλλον τοῦ: hoc est assimilat̄: & q̄si umbra præuīū ueritatis ē. Si ergo
dispēsator iniqui māmōnæ a domini uoce laudat̄: q̄ de re iniqua sibi iusticiā præpararit: & passus dispēsium
dominus laudat dispēsatoris prudentiā: q̄ aduersus dominū quidē fraudulēt̄: sed p se prudenter egerit: q̄to
magis christus qui nullū dānū sustinere pot̄: & pronus ē ad clāmēniā: laudabit discipulos suos: si in eos qui cre-
ditū sibi sūt: misericordes fuerint. Deniq̄ post parabolā: intulit: & ego uobis dico: facite uobis amicos de iniquo
māmōna. Iniquū autē māmōna nō hebræorū: sed syrorū lingua diuitiæ nuncupant̄: qd de iniquitate collectus est.
Si ergo iniquitas bene dispēsata uertit̄ in iusticiā: q̄to magis sermo diuinus: in quo nulla ē iniquitas: q̄ apostolis cre-
ditus est: si bene fuerit dispēsatus: dispēsatores suos leuabit in cælū? Quā ob rē sequit̄: q̄ fidelis ē in mīmo: hoc
est in carnalibus: & in multis fidelis erit: hoc ē in spiritalibus: Qui autē in paruo iniquus ē: ut nō det fr̄ibus ad utē
dū qd a deo p oibus est creatū: iste & in spiritali pecunia diuidēdā iniquus erit: ut nō p necessitate: sed p plonis
doctrinā domini diuidat. Si autē carnales diuitias quæ labuntur: nō bene dispēsatis: ueras æternasq̄ diuitias do-
ctrinæ dei q̄s dabit uobis: Et si in his quæ aliena sūt (alienū autē est a nobis oē qd sæculi est) infideles fuistis: ea q̄
uīa sūt: & pprie deputata hōi q̄s uobis credē poterit. Vnde corripit auaritiā: & dicit: eū qui amat pecuniā: deū
amare nō posse. Igit̄ & apostolis si uelint amare deū: esse pecunias cōtēnēdas: Vnde & scribæ & pharisæi q̄ erāt
auari: aduersū se dicta dictā intelligētes parabolā: subsannabāt eū: & carnalia & certa & præsentia spiritalibus ac
futuris: & q̄si incertis præponētes. Theophilus antiochenæ ecclesiæ septimus post Petrū apostolū episcopus: q̄
quatuor euāgelistas: in unū opus dicta cōpingēs: ingenii sui nobis monumēta dimisit. Hæc sup hac parabola i
suis cōmētariis est locutus. Diues qui habebat uillicū siue dispēsatorē: deus oipotēs est: quo nihil est ditius. Hu-
ius dispēsator Paulus qui ad pedes Gamalielis sacras lras didicit: legē dei suscepit dispensandā: qui cū cœpisset
credētes i christo psequi: ligare: occidere: & oēm domini sui dissipare substantiā: correptus a domo. Saule Sau-
le qd me psequis: dux est tibi contra stimulū calcitrare. Dixitq̄ in corde suo: qd faciā: q̄a maḡ fui & uillicus: &
cogor esse discipulus & oparius: Fodere nō ualeo (Oīa .n. mādata legis quæ terræ incubabant: cerno destructa
& legē & pphetas usq̄ ad Ioannē Baptistā esse finitos) Mendicare erubescō: ut qui doctor fueram iudæorū: co-
gar a gentibus & discipulo Anania salutis ac fidei mendicare doctrinā. Faciam igitur quod mihi utile esse intel-
ligo: ut postq̄ proiectus fuero de uillicatione mea: recipiant me christiani in domos suas. Cœpitq̄ eis qui prius
uerfabantur in lege: & sic in christo crediderant ut arbitrarentur se in lege iustificandos: dicere legem abolitam:
prophetas præterisse: & quæ antea pro lucro fuerant: reputari in stercore. Vocauit itaq̄ duos de plurimis debi-
toribus. Primum qui debebat centum cados olei: eos uidelicet qui fuerant ex gentibus congregati: & magna in-
gebant misericordia dei: & de centenariō numero qui plenus est atq̄ perfectus: fecit eos scribere quinquagena-
rium: qui proprie pœnitentiū est: iuxta iubilæum & illā in euangelio parabolam: in qua alteri quingenti: alteri
quinquaginta denarii dimituntur. Secundum autē uocauit populum iudæorū: qui tritico mandatorū dei nutri-
tus erat & debebat ei centenarium numere: & coegit ut de centū octoginta faceret: id est credere in domini resur-
rectione: quæ octauæ diei numero continetur: & de octo completur decādibus: ut de sabbato transfiret ad pri-
mam sabbati. Ob hanc causam a domino prædicatur: q̄ bene fecerit: & pro salute sua in euangelii clāmētia de
legis austeritate mutatus sit. Quod si q̄sieris quare uocetur uillicus iniquitatis: in lege quæ dei est iniquus erat
uillicus. qui bene quidem offerebat: sed non bene diuidebat. Credens in p̄em: sed filium persequens: habens de-
um omnipotentem: sed sp̄m sanctum negans. Prudentior itaq̄ fuit Paulus apostolus in transgressionē legis si-
liis quondam lucis: qui in legis obseruatione uersati: christum qui dei p̄is uerū lumen est perdiderunt. Ambro-
sius quidem mediolanensis episcopus quid de hoc loco senserit: in cōmentariis eius legere poteris. Origenis &
Didymi in hac parabola explanationem inuenire non potui: & utrū abolita sit temporū uerustate: an ipsi nō scri-
pserint: incertum habeo. Mihi iuxta priorem interpretationem hoc uidetur: q̄ de iniquo māmōna debeamus
amicos facere non quolibet pauperes: sed eos qui nos possint recipere in domos suas: & in æterna tabernacula:
ut cum eis parua præbuerimus: recipiamus ab eis magna: & dantes aliena: nostra suscipiamus: & seminemus in
benedictione:

Villicus
Ioniomus

Christi iniquus est

Parabola

Mammona Syriacum
uocabatur

Theophilus eps

Centenarius
Iniquus
Quinquagenarius

benedictione: ut metamus benedictionem. Qui enim parce seminat: parce & metet.

Quo sensu accipiendum sit quod in epistola legimus ad Romanos: uix enim pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan quis audeat mori? .XC.

Dixit Vx hareses ex occasio[n]e huius testimonij: qd non itelligunt: diuerso qd errore: sed pari impietate blasphemant. Martio. n. q iustu[m] deum creator[em] legis facit: & prophetar[um]: bonu[m] aut[em] euangelio[rum] & apostolor[um] cuius uult esse filiu[m] christu[m] duos introducit deos. Aliter iustu[m]: & aliter bonum: & pro iusto asserit uel nullos uel paucos appetisse morte[m]. Pro bono aut[em]. i. christo innumerabiles martyres extitisse. Porro Arrius iustu[m] ad christum refert: de quo dictu[m] est. Deus iudiciu[m] tuu[m] regida: & iusticia[m] tua[m] filio regis: & ipse de se i euangelio. Non. n. pater iudicat que[m]quas: sed o[mn]e iudiciu[m] dedit filio. & ego sicut audio: sic iudico: Bonu[m] aut[em] deum prem: de quo ipse filius confitetur. Quid me dicitis bonu[m]? Nemo est bonus nisi solus deus p[ater]. Cui[us] hucusq[ue] blasphemia[m] sua[m] de uis calles potuerit iuenire: i consequentibus ipingit: & corrui. Quomodo. n. pro p[ater]e q[ui]s audeat mori: & pro filio uix mori: cum propter nomen christi tantus martyru[m] sanguis effusus sit? Qui igit[ur] simpliciter hunc exponit locu[m] hoc pot[est] dicere: qd in uete[ri] lege: i qua iusticia est: uix pauci iucti su[n]t: q[ui] suu[m] fude[re] it sanguine. In nouo aut[em] instrum[en]to i quo bonitas est: atq[ue] cl[em]entia: innumerabiles extiteru[n]t martyres: sed ex eo qd posuit forsita[m] q[ui]s eti[am] audeat mori: & pendulo gradu suam teperauit: iueniri posse nonnullos: q[ui] audeant mori pro euangelio: ostedit non sic accipiendu[m]: sed ex superioribus & inferioribus sensu loci huius debere tractari. Dicens. n. paulus se gloriari i tribulationibus: quia tribulatio patientia[m] opat[ur]: patientia: p[ro]batione: probatio uero spem: spes aut[em] no[n] confundit q[ui] ex eo certa[m] habebat p[ro]missionem: q[ui]a charitas dei diffusa est i cordibus n[ost]ris p[er] sp[iritu]m sanctum qui datus est nobis: secundu[m] illud qd deus dixerat p[ro]phet[am]. Effundam de sp[iritu] meo sup[er] o[mn]em carne[m]. Mirabatur bonitatem christi: q[ui] pro impijs & infirmis & peccatoribus mori uoluerit: & non opportuno t[em]p[or]e: de quo ipse dicit. Tempore opportuno exaudiui te: & in die salutis auxiliatus sum tui: & rursum. Ecce nunc t[em]p[us] acceptabile: ecce dies salutis. Quado o[mn]es peccaueru[n]t simul inutiles facti sunt: no[n] fuit qui faceret bonu[m]: no[n] fuit usq[ue] ad unu[m]. Incredibilis ergo bonitas & cl[em]entia inaudita: mori pro impijs. Vix enim pro iusto & bono aliquem suum sanguinem fundere contigit metu mortis cuncta torrente: Nam inuenitur interdum: ut aliquis pro re iusta bona audeat mori. Charitas aut[em] dei qua[m] habuit i nobis hinc maxime co[n]probatur: q[ui] cum adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est: & sublata est de terra uita eius: & pro iniquitatibus populi ductus est ad morte[m]: & portauit peccata n[ost]ra & tradita est in morte a[n]i[m]e illius: & cum iniquis reputatus est: ut nos impios: & infirmos: & peccatores: pios & robustos & iustos faceret. Nonnulli ita interpretantur. Si ille pro nobis impijs mortuus est & peccatoribus: q[ui]to magis nos absq[ue] dubitatione ulla pro iusto & bono christo debemus occubere: Iustum aut[em] & bonum non putemus esse diuersum: nec aliquam proprie significare persona[m]: sed absolute iustam rem & bonam: pro qua difficulter interdum aliquis inueniri potest: qui suum sanguinem fundat.

Martin
Arrius

Ex d[omi]no

Mortis metu cuncta terret

Quid tibi uult quod ad Romanos scribit apostolus occasione accepta peccatum per mandatu[m] operatum est in me omnem concupiscentiam. .XCI.

Pro namus totum testimoniu[m]: & singula christi auxilio differentes: quid nobis uideatur simpliciter indicemus: n[on] p[re]iudicantes tuo sensui: qd uelis intelligere: sed n[ost]ram s[er]mone[m] breuiter explicates. Quid ergo dicimus? Lex peccatu[m] est: Absit. Sed peccatu[m] no[n] cognoui nisi p[er] lege[m]. Na[m] concupiscentia[m] nescieba[m]: nisi lex diceret: no[n] concupisces. Occasione aut[em] accepta peccatu[m] per mandatu[m] operatu[m] est in me o[mn]em concupiscentia[m]. Sine lege. n. peccatu[m] mortuu[m] erat. Ego aut[em] uiueba[m] aliquando sine lege: sed ubi uenit mandatu[m]: peccatum reuixit. Ego aut[em] mortuus sum: & inuentu[m] est mihi mandatu[m]: qd erat ad uitam: hoc esse ad morte[m]. Peccatu[m] eni[m] occasione accepta p[er] mandatu[m] seduxit me: & p[er] illud occidit: itaq[ue] lex quide[m] sancta: & mandatu[m] sanctu[m] & iustu[m] & bonum. Quod ergo bonum est mihi mors est: absit: sed ut peccatu[m] appareat peccatum per bonum mihi op[er]atum est morte[m]: ut fiat supra modum peccans peccatu[m] p[er] mandatu[m]. Scimus aut[em] quia lex spiritalis est: ergo aut[em] carnalis sum uenudatus sub peccato: quod enim operor ignoro. Non enim quod uolo hoc ago: sed quod odi illud facio: Si aut[em] quod uolo hoc facio: consentio legi: quia bona est. Nunc aut[em] iam non ego operor illud: sed qd habitat in me peccatum. Scio enim q[ui] non habitat in me: hoc est in carne mea bonum: uelle enim adiacet mihi: proficere aut[em] bonum nequa[m]. No[n] enim qd uolo facio bonum: sed qd nolo malum hoc ago. Si aut[em] qd nolo ego hoc facio: iam non ego operor illud: sed qd in habitat in me peccatum. Inuenio igit[ur] legem uolenti mihi facere bonum: quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi dei secundu[m] interior[em] ho[m]inem. Video aut[em] aliam lege[m] i membris meis repugnantem legi mentis meae: & captiuum me ducentem in lege peccati: qua[m] est in membris meis: Infelix ego ho[m]o quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p[er] Iesum christum dominum nostrum. Quomodo medicina non est causa mortis: si ostendat uenena mortifera: licet his mali ho[m]ines abutatur ad mortem: & uel se interficiant: uel insidiantur inimicis. Sic lex data est: ut peccato[rum] uenena monstraret: & ho[m]inem male libertate sua abutentem: qui prius ferebatur improuidus: & p[er] p[re]cipitia labebatur: freno legis retineat: & compositis doceat incedere gressibus: ita ut seruamus in nouitate sp[iritu]s & no[n] in uetustate l[ite]r[um]: id est uiuamus sub p[re]cepto: qui prius in modum bruto[rum] animalium dicebamus: manducemus & bibamus: cras enim moriemur: quod si subintrante lege: qua[m] docet quid facere: & prohibet quid non facere debeamus: uitio n[ost]ro & incontinentia feramur contra scita legalia: uidetur lex causa esse peccati: qua[m] dum prohibet concupiscentia[m]: quoda[m]o eam infla[m]mare cognoscitur. Saecularis apud graecos sententia est: Quicquid licet minus desiderat: ergo econtra rio quicquid no[n] licet: fomentum accepit desiderij. Vnde & Tullius de parricidar[um] supplicijs apud athenienses: Solone scripsisse negat: ne no[n] ta[m] phibere q[ui] comouere uideret. Igit[ur] lex apud co[n]te[m]ptores: & legu[m] p[re]cepta calcas q ii .cliii.